HIERONYMUS
Admont, Ende 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iuxta historiam. In longa enim obsidione quomodo oues & pecora auferri
potuerant debiertim. quae etiam si fuissent fames eas superat. Et nimirum sub
sistent siue non sunt. neque enim translati sunt in chaldeam. sed magna pars eorum
interfecta. vel penitusque deleta est. Nonne quis extendat uti tentorium meum. non et
quis me restauret & muros meos iaciat fundamenta. quadsolum usque prostrati sunt.
Quia stulte egerunt pastores & dominum non quesierunt. propterea non intellexerunt.
omnis grex eorum dispersus est. per translationem pastorum atque omnium insipientium. culpa
& dispersio populi describitur. Quia enim principes stulte egerunt nec que
sierunt dominum quem toto corde debuerant perquirere. idcirco mala uenien
tia non uiderunt siue non intellexerunt dominum. & omnis multitudo hierusalem
huc illucque dispersa est. Vox auditionis ecce uenit & commotio magna
de terra aquilonis. ut ponat ciuitates iuda insolitudinem & habita
culum draconum siue cubile strucionum. & ut simachus interpratus est
sirenarum. quod in hebraico thannim positum est. Verba prophete ecce magnus
sonitus & fremitus babilonii uenientis audit magnaque commotio
siue tremotus de terra aquilonis. & omnis urbes iudee habitatoribus in
terfectis redigat insolitudinem & faciat phominibus dracones habitare.
& cuncta uenenata animantia. siue strucciones. quod & ipsum animal
solitudini familiare est & in desertis nascitur aut nutritur. aut certe
sirenas quas monstra queda & demonum fantasmata possumus intel
ligere. Hec omnia quae & preteritus & presens sermo describit ad persecuti
onis ecclesie referamus tempora. quando tabnacula domini subuertuntur. &
omnis habitatio ecclesie redigetur in solitudinem. Et ut ista omnia euenian
culpa pastorum est quia stulte egerunt & dominum non quesierunt. nec intellex
erunt eum. & idcirco grex omnis dispersus est. Scio domine quia non sit homi
nis uia eius. nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Crubes
cant noui predicatores quia aiunt unusquisque suo arbitrio regi. cum &
hic propheta dicat non est hominis uia eius. & dauid in lyrico canat carmi
ne. a domino gressus hominis dirigentur. & uia eius uolet nimis. Siue
hic sensus est Quod a babilonis sustinuimus. non est eorum fortitudinis sed nri
meritu & indignationis tuae. Corripe me domine uerumtamen in iu
dicio. & non in furore tuo. ne forte adnichilum redigas me. Effunde
indignationem tuam super gentes quae non nouerunt te. & super puncias